Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Bonum michi quia humiliasti
me, is vere humilis est. Non pot
dici qui mutus est portat, nec
qui murmurat. Neutri horum
promittitur gratiam qui humiliat,
et si sane longe hii duo a se dif
ferant et alter quidem in pati
entia sua possideat animam suam,
alter in suo murmure pereat. Sed
enim et si vnus vitam, neuter tamen
gratiam promeretur quoniam non humilia
tis sed humilibus dat deus gratiam.
Est autem humilis qui humiliacionem
vertit in humilitate, et ipse est qui
dicit deo. Bonum michi quia humilia
sti me. Itaque prorsus quod impa
tienter fert bonum est, sed molestum.
Scimus autem quod hylarem datorem
diligit deus. Vnde et cum ieiuna
mus iubemur caput nostrum vngere
oleo et faciem lauare vt nostrum
scilicet opus bonum spirituali quo
dam gaudio condiatur, et holo
caustum nostrum pingue fiat. Item
sola gratiam quam prefert meretur
leta et absoluta humilitas. Que
enim coacta fuit vel extorta,
qualis vtique est in viro patien
te illo, qui possidet animam suam.
Hec inquam humilitas et si vitam
obtinet propter pacienciam, propter
tristiciam tamen gratiam non habebit.
Non enim convenit ei qui eiusmodi
est illud scripture, gloriabitur humilis
in humilitate sua, quoniam non sponte
humiliatur neque libenter. Vis autem
videre humilem recte gloriantem
et vere dignum gloria, Libenter
inquit gloriabor in infirmitatibus
meis vt inhabitet in me virtus christi. Illo
dicit patienter se ferre infirmitates
suas sed et gloriari, et libenter
gloriari in illis probans etiam
sibi bonum esse quod humiliatur,
nec sufficere omnino vt possideat
animam suam tanquam patienter
humiliatus. Generalem vero hunc
audi regulam. Omnis qui se hu
miliat exaltabitur. Significat
cat profecto non omnem exalta
dam esse humilitatem, sed eam
tamen que de voluntate venit non
ex tristicia nec ex necessitate.
Nec enim per contrarium omnis
qui exaltatur humiliandus erit,
sed tamen qui se exaltat humiliabitur
videlicet ob voluntariam vani
tatem. Ita ergo non qui hu
liatur sed qui sponte se humiliat
exaltabitur vtique ob meritum
voluntatis. Esto enim quod humilitatis
materia per alium ministratur,
verbi gratia probra damna sup
plicia non tamen ideo recte
ab alio quam a semetipso humili
atus ille dicitur qui illa omnia
tacita et leta consciencia causa dei
subeunda decreuerit. Sed quo
progredimur. Patienter vt sentio
sustinetis excessum in verbo

at estimo